



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

VII. Die Gebrüder Johann und Gebhard von Plote verleihen ihrer Stadt Kyritz bestimmte Verfassungseinrichtungen, im Jahre 1237.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54314)

**VI. Heinrich und Bernhard, Grafen von Dannenberg, befreien die Lübecker von allen Abgaben zu Dannenberg, Dömitz, Lenzen und in ihrem übrigen Gebiete, im Jahre 1237.**

In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Heinricus et Bernardus, dei gratia Comes in dannenberghe. Omnibus hoc scriptum inspectoris in perpetuum. Univerfa negocia, que stare cupiunt in statu solido, litterarum fiunt a testimonio firmiora. Cognoscat itaque presens etas et sciat postera, quod nos libero arbitrio nostro ob reuerenciam ihesu christi eiusque beate uirginis Maris Marie et ob fauorem et affectum, quo circa ciues ducimur lubicensis, Damas et concedimus eisdem ciuibus lubicensibus talem uidelicet libertatem, ut Dannenberghe et domeliz, lentzen et ubique in iurisdictione et dominio nostrorum, liberi ab omni exactione existant, secure ueniendo et redeundo, dummodo iustum solvant theloneum. Et ut hec donatio stabilis semper et inconuulsa permaneat, nec vnquam a nostris possit deleri successoribus, presentem paginam fecimus sigillis nostris communi. Huius rei testes sunt: Arnoldus de tramme miles (et) ceteri milites; beertwich de hoc, Rychardus de Wlmerfen, Reinboldus de Wlmerfen, Gerhardus de bezmere, Ernestus de dannenberghe, Mercatores; Martinus aduocatus in Dannenberghe, Johannes theolonearius in domeliz et alij quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XXXVII. Datum in Lubek, XI Kal. Jvlji.

Nach der Lübecker Urkunden-Sammlung I, LXXVIII.

**VII. Die Gebrüder Johann und Gebhard von Plote verleihen ihrer Stadt Kyritz bestimmte Verfassungseinrichtungen, im Jahre 1237.**

In nomine sancte et Individue Trinitatis. Acta presentis temporis deperire solent sepius in futurum, nisi fuerint scripto et voce testium confirmata. Innotescat igitur tam presentibus quam futuris, quod ego Johannes et Geuehardus, fratres de Plote, ad voluntatem et petitionem dilectorum Burgensium nostrorum de Kyritz eis benigne concessimus, ut ad tria placita, que fiunt in anno et uocantur legitima, de iure nullus venire debeat, nisi citatus et uocatus, et aliquid ibi disponere habens: et vadimonia, que in eisdem tribus placitis fiunt, quatuor solidos non excedant, si fuerit Burgensis ipse Civitatis; si vero hospes fuerit, octo solidos dabit. Insuper concessimus, ut hereditates, que mortis iure peruente fuerint, per medium dividantur, et ut iure fruantur Stendaliensium, et ut singulis annis advocatum sibi eligant conuenientem. Quicumque uero mansum habuerit duos solidos cum decima dabit, et de areis infra civitatem quatuor denarios. Omne igitur dubium, quod forte emergere possit in posterum, presenti scripto et honestorum virorum testimonio amputamus. Sunt autem testes Johannes de Havelberg, Daniel de Brunnen, Rudolphus de Turnowe, Fridericus de Howardte, Henricus Advocatus, Hermannus Advocatus, Zacheus Venator, Johannes de Clitfinc, Rudolphus de Santowe, Arnoldus Dives, Johannes de Gardelege, Henricus Westphalus, Gozwinus de Selmsen, et alij quam plures. Et ut hoc scriptum ratum et immutabile permaneat, sigillis nostris fecimus sigillari, Actum anno incarnationis dominice M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XXX<sup>o</sup>. septimo.

Bereits abgedruckt bei Gercken Fragm. March. II, 19 und Buchholz Gesch. der Churm. IV u. A. S. 62, 63 aus der Gundsingischen Sammlung und in Beckmann's Beschr. der

Churm. Br. V, II, IV, 173. Gundling und Beckmann schrieben die Urkunde von dem besiegelten Original zu Kyritz ab, welches im Brande verloren gegangen ist. Die Urkunde ist aus einer Vergleichung dieser Abschriften dem Anscheine nach richtig hergestellt. Die bisherigen Abdrücke sind jeder in mehreren Punkten fehlerhaft. Bei Buchholz ist sogar das Jahr 1230 als das der Ausstellung angenommen.

**VIII.** Bischof Wilhelm von Havelberg weihet das Kloster zu Poelde und ertheilt den Wohlthätern desselben einen Ablass, im Jahre 1240.

W., Dei gratia Havelbergensis Ecclesiae Episcopus, omnibus Christi fidelibus aeternam in Christo salutem. Quoniam, ut ait Apostolus, omnes stabimus ante tribunal Jesu Christi, rationes reddituri, prout gessimus in corpore, sive bonum sive malum, oportet nos diem messonis crebris jejuniis et orationibus et eleemosynarum semine, et aliis bonis operibus prevenire, unde qui parce seminat, parce etiam metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus etiam metet. Inde est, quod univrsitatem Christi fidelium scire volumus, quod Monasterium in Poelde dedicavimus, et omnibus eidem Ecclesie pias eleemosynas largientibus, de confessis et contritis, de misericordia Jesu Christi confisis, de injuncta poenitentia XX dies misericorditer relaxamus, et hoc anno infra XXX dies hanc indulgentiam invenient, postea de mense in mensem, deinde de anno in annum. Datum Palithe. Anno gratia MCCXL. Pontificatus nostri anno XXI.

Aus Leuckfeld's Antiqu. Poeld. p. 41. Note.

**IX.** Die Markgrafen Johann und Otto übertragen auf die Stadt Prizwalk Seehausensches Stadt-Recht, im Jahre 1256.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Johannes et Otto, dei gratia Marchiones Brandenburgenses, omnibus in perpetuum. Accedentes ad nos dilecti ciues nostri de Prizwalk, nobis humiliter supplicarunt, quatenus ipsis talia indulgere jura et concedere curaremus, qualia ciues nostri de Seehufen noseuntur antiquitus habuisse. Quorum precibus, ipsorum meritis exigentibus, cupientes annuere, animo liberali eadem jura ipsis duximus conferenda, inferentes eadem presenti Cedula, prout continentur inferius in hunc modum. Si in dicta ciuitate Prizwalk duo legitime sociati viuunt, moriente altero ipsorum, viuens obtinebit dimidiam partem hereditatis et alteram partem heredes: illegitimis vero ius seruabitur generale vndique comprobatum. Item si seruus et ancilla intrarint ciuitatem Prizwalk et manserint in ipsa per diem et annum, propter gratiam in ea obtinent plenam libertatem. Item si aliquis vir duxerit vxorem, vel femina virum, et receperit liberos, partem hereditatis sue, si moriente vno parente suo velit partem hereditatis sue tollere cum heredibus referat partem dimidiam, quam accepit: si vterque parens moritur, referat totam summam aut superfedeat. Item si aliquis vir moriente vxore sua vel femina moriente viro suo habuerit paruulos, quibus non diuisit hereditatem, si vir ducit aliam vxorem vel femina nubit alteri viro, heredes tollent tres partes hereditatis et vir vel femina quartam partem. Item si vir moriente vxore sua vel femina moriente viro suo habuerit paru-